Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8158
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



venationum per terras capiendo
ceruos: capras siluestres lepores fcia
cum accipitribus et similibus auibus
si placuerit bene prosperabitur
Sed in aquarum venationibus
non multum fortunabitur sed me-
diocriter habebit.

¶ 10. de seruis & sibi seruientibus.

Sol dominus sexte domus in
angulo occasus non impe-
ditus: fortunatum esse cum seruis
et illorum occasione comoda ple-
rumque suscipere significat. Mer-
curius generalis seruorum
signator orientalis in amicali
martis radiatione in angulo occidentis
amorem suorum seruorum erga
natum non mediocrem cum
prosperitate promittit. ¶ Cauendum
est sibi plurimum a seruis breuis
stature macilente et sicce cu-
tis et de natura saturni. ¶ Pars